

BOLETIN



OFICIAL

DEL
OBISPADO DE LEÓN

SUMARIO.— SECCIÓN OFICIAL.—Circular ordenando el cumplimiento de una Real Cédula de Ruego y Encargo.—Santa Pastoral Visita.—Anuncio de Ordenes.—Apertura de curso.

Documentos de Roma.—Suscripciones.—Santas Misiones.

Necrología.—Sufragios Mutuos.

SECCION OFICIAL

Circular núm. 20

*ordenando el cumplimiento de una Real
Cédula de Ruego y Encargo*

Por conducto del Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia hemos recibido la siguiente Real Cédula de Ruego y Encargo:

«Al Rvdmo. Sr. Obispo de León.»

EL REY

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Administradores Apostólicos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía y Vicario general Castrense:

Habiendo entrado S. M. la Reina, Mi muy amada esposa, en el noveno mes de su embarazo, en debido reconocimiento a la misericordia de Dios, nuestro Señor, por tan gran beneficio, tributándole las mas rendidas gracias e implorando su divina asistencia para que la conceda un feliz alumbramiento, Os Ruego y Encargo que a este fin dispongáis en todas las Iglesias dependientes de vuestra jurisdicción, rogativas y oraciones públicas generales.

En ello me serviréis, y de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso a Mi Ministro de Gracia y Justicia


Dada en Palacio a veintinueve de Septiembre de mil novecientos catorce.—YO EL REY.—El Ministro de Gracia y Justicia, *Eduardo Dato.*

En su virtud, y con el fin de dar cumplimiento a los piadosos deseos de S. M, el Rey (q. D. g.), ordenamos que en nuestra Santa Iglesia Catedral, en la Real Colegiata de S. Isidoro, y en todas las iglesias de nuestra jurisdicción se hagan Rogativas públicas en la forma acostumbrada, invitando a las Autoridades.

Asimismo, y hasta que se verifique el feliz alumbramiento, se dirá en todas las Misas la colecta *pro muliere praegnante*, siempre que lo permitan las sagradas Rúbricas.

S. Visita de Vega de Saldaña, 7 de Octubre de 1914.

† JOSÉ, OBISPO DE LEÓN.



Santa Pastoral Visita

Nuestro Ilmo y amadísimo Prelado regresó felizmente a esta ciudad el día 13 del actual, después de terminar la Santa Pastoral Visita del Arciprestazgo de Vega de Saldaña.

Durante la estancia de S. S. I. en dicho Arciprestazgo recibió las mayores demostraciones de respetuoso y filial cariño.

A su llegada a Sahagún fué recibido por una numerosa comisión del Clero, presidida por el Sr. Arcipreste. En Villambroz, primer pueblo visitado empezó a manifestarse el entusiasmo de los fieles, que sin cesar aclamaban al Prelado y en su obsequio habían engalanado las calles con arcos, follaje y cuanto podía contribuir a manifestar la alegría que sentían al verse honrados con la visita de tan ilustre huésped, de la que indudablemente habrían de recibir inestimables beneficios. Las mismas demostraciones se repitieron en todos los pueblos.

Pero lo que más honra a los visitados es la Religión y piedad de que dieron relevantes pruebas. Con fervorosa atención escucharon la divina palabra que el Sr. Obispo dirigió en todas las Iglesias y escuelas del Arciprestazgo, inculcando de manera especial la obligación que los padres tienen de educar e instruir cristianamente a sus hijos. En las parroquias de Lagunilla, Quintana, Villaluenga y Villota, recibieron la sagrada Comunión de manos del Prelado más de mil ochocientas personas. Recibieron el Sacramento de la Confirmación 1.000, no siendo mayor número, por que estaba muy reciente la Confirmación administrada en Saldaña.

El último día S. S. I. dirigió una sentida exhortación a los sacerdotes del Arciprestazgo, dándoles sabios y acertados consejos para su propia santificación y salvación de las almas encomendadas a su cuidado, quedando todos ani-

mados de fervoroso entusiasmo para cumplir lo que tan celoso y caritativo Pastor y Padre les encarecía.

La despedida fué en extremo afectuosa en todos los pueblos, que hubieran deseado no separarse del Sr. Obispo, quien con su trato amable y caritativo, su celo por la salvación de las almas y las virtudes evangélicas que su humildad no puede ocultar, ha hecho que aumente el amor y adhesión que ya le profesaban.

El Ilmo. Sr. Obispo viene gratísimamente impresionado de estas pruebas de fé y religión dadas por los fieles y satisfecho del esmero con que los encargados de las parroquias cumplen su misión difícil.

SECRETARÍA DE CAMARA Y GOBIERNO
DEL OBISPADO DE LEÓN

Anuncio de Ordenes

Habiendo determinado Su Señoría Ilustrísima y Reverendísima el Obispo mi Señor, celebrar con el favor de Dios, Órdenes generales en los días 18 y 19, feria sexta y sábado de las témporas de Adviento, ha dispuesto lo siguiente:

Los que deseen ser promovidos a la *Prima Clerical Tonsura y Órdenes Menores y Mayores*, lo pedirán por medio de solicitud hasta el día 1.º de noviembre expresando el pueblo de su naturaleza, edad, estudios aprobados, la residencia actual, las que hayan tenido anteriormente y Parroquia a que hubieren pertenecido, si en ella hubiere más de una.

Todos acompañarán a la solicitud, la partida de bautismo; certificación de buena vida y costumbres, de frecuencia de Santos Sacramentos; de estudios y facultativa

que acredite no padecer enfermedad alguna perpetua, hereditaria o contagiosa, que impida al interesado dedicarse al ejercicio del Sagrado ministerio del Sacerdote; y los que hayan estado en el servicio militar, testimoniales de la jurisdicción castrense.

Además de los documentos expresados, deberán presentar para la *Prima clerical Tonsura y Órdenes menores*, la partida de confirmación; para el *Subdiaconado*, título de ordenación, el del último *Orden* recibido y certificación de exención de quintas expedida por el centro correspondiente; y para el *Diaconado y Presbiterado* el título del último *Orden* y certificación de haberle ejercido.

Los aspirantes a órdenes menores presentarán igualmente la certificación de exención de quintas.

Es preciso sepan también, que no se admitirá ninguno a la recepción de *Orden Sacro*, si no hubiere cursado y probado *los cuatro años* de S. Teología, así como tampoco, si no hubiese estado interno en el Seminario durante todo el tiempo, al menos, el que haya de invertirse en la recepción de órdenes hasta el Presbiterado inclusive, como se prescribe en la Constitución CCXCIX de las Sinodales, a no haber mediado dispensa de esta última condición, concedida por el Prelado, en vista de justas y graves causas, convenientemente expuestas.

Transcurrido el día señalado, no se admitirá solicitud alguna, ni se dará curso a las presentadas, si carecen de alguno de los requisitos prevenidos, que deberán tener muy en cuenta los interesados.

Los exámenes tendrán lugar los días 18 y siguientes y los ejercicios espirituales darán principio el día 9 de Diciembre.

León 14 de Octubre de 1914.

Lic Felipe García Alvarez,

PRO.-SECRETARIO.

Apertura de Curso

Con solemnidad extraordinaria se verificó el día 1.º del corriente la del Seminario Conciliar de esta ciudad.

A las nueve de la mañana se celebró la Misa solemne, asistiendo de capa magna el Ilmo. y Rdmo. Sr. Obispo, a quien como diáconos de honor servían los M. I. señores D. José González, Arcipreste, y D. Avelino Gómez, Canónigo de la S. I. C.

Terminada la misa, que dijo el M. I. Sr. D. Olegario Díaz-Caneja, Prefecto de Estudios, asistido de los profesores D. Luis Velasco y D. Anibal González, y cantaron con mucho gusto y afinación los alumnos del Seminario, los Sres. Catedráticos hicieron la Profesión de Fe y juramento contra el *Modernismo*.

A las diez en el grandioso salón de Actos, el Profesor Dr. D. Eulogio López leyó un precioso discurso en el que con poético y brillante estilo demostró que «el pesimismo literario nace de la falta de creencias religiosas,» siendo a su terminación calurosamente aplaudido y entusiásticamente felicitado.

El Ilmo. Prelado entregó los diplomas a los alumnos premiados y después de una breve alocución en la que con sinceridad, sencillez y elegancia dió las gracias a las Autoridades, Comisiones y demás asistentes, se congratuló de que el número de matrículas haya aumentado y exhortó con persuasiva elocuencia a los seminaristas, para que se esfuercen por adquirir la ciencia y virtud tan necesarias al sacerdote, declaró abierto el curso de 1914 a 1915.

S. S. Ilma., más que con sus palabras, con sus actos, ha demostrado el grandísimo interés que tiene por el florecimiento y prosperidad de los Seminarios de la diócesis, haciendo cuanto está de su parte, porque sea mayor el

número de alumnos, y especialmente, porque éstos sean más sabios y mejores.

A continuación los concurrentes pasaron al salón de la Rectoral, donde fueron espléndidamente obsequiados por los Superiores del Seminario.

Alumnos que en los exámenes de oposición a premios han obtenido esta **Mención honorífica**

3.º Teología.

D. Valentín Borje Espeso, premio único.

2.º Teología.

D. Filemón Cuesta González, premio único.

» Benjamín Domínguez Pascual, Mención honorífica.

1.º Teología.

D. Miguel Escudero Rodríguez, premio único.

» Orencio Villamandos Rojo, Mención honorífica.

3.º Filosofía.

D. Argimiro Alvarez López, 1.º premio.

» Aniano Escanciano Diez, 2.º premio.

2.º Filosofía.

D. Manuel Martínez y Martínez, premio único.

1.º Filosofía.

D. José Fernández García, premio único.

» Ismael Diez Alvarez, Mención honorífica.

3.º Latín

D. Manuel Cosío Berrios, premio único.

» Ramón González Barrón, Mención honorífica

2.º Latín

D. Jesús Serrano Villafañe, premio único.

» Florencio Martínez Aller. D. Teófilo Serrano Cañado, Mención honorífica.


1.º Latín.

D. Pedro González Santos, premio único.



SECCION DOCTRINAL

Y DE VARIEDADES



MOTU PROPRIO

DE ABOLENDIS COMMISIONIBUS S. RITUUM CONGR.
ADIUNCTIS ET DE NOVO ORDINE CONSULTORUM PRO RE
LITURGICA INSTITUENDO

PIUS PP. X

Quanta semper cura Decessores Nostri advigilaverint, ut ea qua par est pietate, religione et magnificentia cole-retur Deus atque laudaretur in Sanctis suis, facile depre-hendat quisquis reputet quae templa ab ipsis excitata fuerint, quae leges ad sacra facienda sancitae, qui denique ritus divinorum officiorum pro diversitate temporum praescripti. Quae ut integra maneret, vel sapienter et sancte temperarentur f. r. Sixtus V Apostolica Constitu-tione «*Immensa*» sacrorum Rituum Congregationem ins-tituit, cui duplex praecipue demandavit munus, videndi statuendique de iis quae ad sacros ritus latinae Ecclesiae spectant, et curandi quae ad beatificationem et canoniza-tionem Sanctorum referuntur. Quae omnia Nosmetipsi in Constitutione Nostra «*Sapienti consilio*» confirmavimus.

Quo autem facilius utriusque generis negotia expedi-rentur, et Consultorum inductus est ordo, praelatorum nempe et theologorum; qui praecipue in singulis causis beatificationis et canonizationis suffragium ferrent super virtutibus, martyrio et miraculis Servorum Dei; et as-citi sunt caeremoniarum magistri, a quibus sententia ex-quireretur de iis quae sacros ritus et caeremonias attin-gunt. Verum exortis questionibus et gravibus et arduis circa veteres Ecclesiae ritus et normas a patribus traditas, quibus et divina officia ordinanda sunt et concentus sacer regendus, itemque circa historias Sanctorum, cum caere-moniarum magistri ad omnia haud sufficerent, res ipsa

postulavit, ut viri consulerentur rei liturgicae et christiana antiquitatis specialiter periti: quo factum est ut tres peculiare *Commissiones* sacrae Congregationi Rituum adiunctae sint, liturgica, historico liturgica et pro sacro concentu,—de quibus in commemorata modo Constitutione mentionem fecimus—quae tamen essent tamquam externa instrumenta ad investigationem veri, non ipsius Congregationis membra; cum harum commissionum participes numquam in consultorum numerum relati sint. Quod si ad tempus hunc commissionum statum retineri placuit, iam integritas Congregationis exigit, ut illae funditus mutantur, atque ad ipsam roborandam expolendamque Congregationem convertantur.

Quapropter, in consilium adhibitis aliquot S. R. C. Cardinalibus, nonnulla decernere visum est, quae nunc Motu proprio observanda statuimus, edicimus.

Sacrorum Rituum Congregationis Consultores in duas classes seu sectiones sint divisi, alii ad suffragium ferendum in causis beatificationis et canonizationis, alii pro rebus ad liturgiam et reliquias Sanctorum quoquo modo pertinentibus. Sed nihil prohibet, quominus unus idemque Consultor in utraque sectione numeretur. Erit autem Cardinalis Praefecti eos Nobis proponere ad munus Consultoris assumendos, qui non solum vitae honestate, sed ea quoque scientia sint instructi, ut idonei ad suffragium in quaestionibus sibi commissis recte ferendum videantur.

Igitur qui in primam sectionem ascribendi erunt, doctrina, integritate spectati atque aetate proveci homines intelligant onus sibi demandari maximi momenti, in quo cauta diligentia ac magna maturitate procedendum est.

Ii vero qui in altera sectione erunt annumerandi, polleere debent in primis scientia liturgiae, tum rerum affinium, ut historiae, hagiographiae, cantus ecclesiastici et aliarum huiusmodi. Cum autem difficile admodum sit plures invenire qui in omnibus his excellant, curandum

erit, ut nonnulli saltem sint, qui in aliqua ex doctrinis liturgiæ finitimis vere sint excellentes.

Itaque, cum ex una parte volumus ut ii omnes qui in præsentem numerantur Consultores, in eodem munere perseverent et primæ sectioni maneant adscripti, tum ex alia parte omnes et singulas Commissiones quæ Congregationi sacrorum Rituum hucusque fuerunt adiectæ, hoc Nostro Motu Proprio supprimimus et omnino suppressas declaramus.

Dilecto autem Filio Nostro Cardinali huius S. Congregationis Praefecto in mandatis damus ut quamprimum Nobis viros proponat, qui secundum præscripta Nostra possint a Nobis assumi ad munus consultorum sectionis secundæ.

Hanc vero Nostræ voluntatis declarationem volumus et iubemus futuris quoque temporibus religiosissime in omnibus et singulis servari, constitutionibus, ordinationibus apostolicis, privilegiis aliisque contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XVI ianuarii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.



ACTA PII PP. X

Litteræ apostolicæ

CONCEDUNTUR INDULGENTIÆ PLENARIÆ ET PARTIALES
ARCHISODALITIO «A SUFRAGIO SACERDOTALI» NEAPOLI
ERECTO

PIUS PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam. — Per similes Litteras Nostras, die x mensis ianuarii anno vertente Piscatoris annul obsignatas, frugiferum opus «a suffragio Sacerdotali» canoni-

ce Neapoli erectum ad Archisodalitii gradum proveximus, cum facultate cognomines eiusdemque institute societates in universo terrarum orbe sibi aggregandi. Nunc autem cum dilectus filius Vincentius Pelliccia, sacerdos, eiusdem pii operis hodiernus moderator, Nos enixis precibus flagitet, ut fidelibus idem in Archisodalitium nunc et in posterum adlectis, sive adlegendis, peculiare nonnullas indulgentias et spirituales gratias largiri de Apostolica benignitate dignemur, Nos piis votis huiusmodi, quae in operis tam salutari bonum atque incrementum cedunt, quantum in Domino possumus, obsecundandum censemus. Quae cum ita sint, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus et abrogatis indulgentiis ac privilegiis quovis modo Sodalitati huc usque concessis, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis qui in enunciatum Sodalitium in posterum ingredientur et die primo inscriptionis ipsorum, si fuerint sacerdotes, admissorum sacramentali confessione expiati, Missam in-suffragium vitae functorum sacerdotum celebrent, et pro christianorum principum concordia, haeresum iustirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant; si vero clerici, similiter vere poenitentes et confessi ac sacra Communionem refecti, Missam, ut supra, audiant precesque, uti ante diximus, fundat, plenariam et die qua sollemnis commemoratio agitur decessorum Nostrorum et S. R. E. Cardinalium nec non episcoporum, sacerdotum et clericorum defunctorum, omnibus et singulis nunc et in posterum idem in Archisodalitium canonice inscriptis, qui similiter sacra exomologesi expiati atque Angelorum pane recreati, huic commemorationi sollemni intersint ibique, uti supra, orent, etiam plenariam; tandem iisdem inscriptis atque inscribendis nunc et in posterum, si die, ab Ordinario designando, quo defunctis sodalibus sollemnia iusta quotannis Nativitatis D. N. I. C., Assumptionis et Immaculatae Conceptionis Virginis Deiparae, nec non Sanctissimi Corporis Christi Domini festis diebus, a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis respective

festi diei, simulque uno cuiusque per annum mensis die ad cuiusque eorum lubitum eligendo, ad ortu usque ad occasum solis ipsius diei, propriam Archisodalitii ecclesiam, si exstet in locis ubi socii commorantur, secus cuiusque curialem, visitent, ibique quae antea recensuimus pietatis opera rite praesentent, idest confessi, angelorum Pane se reficiant atque orent, uti superius, plenariam pariter indulgentiam concedimus. Praeterea die secunda mensis novembris, qua in Ecclesia recolitur fidelium defunctorum memoria, sodalibus Archisodalitii eiusdem similiter vere poenitentibus et confessis ac sacra Communione refectis plenariam peccatorum suorum omnium indulgentiam et remissionem largimur, toties lucrandam quoties intra spatium quod intercedit a medietate diei praecedentis ad occasum usque solis eiusdem commemorationis diei vel propriam Archisodalitii vel curialem uniuscuiusque ecclesiam, preces, uti superius diximus, fundentes, celebrent. Ad haec eisdem fidelibus nunc et in posterum ipsam in Archisodalitatem adlectis vel adlegendis, quoties in suffragium defunctorum sacerdotum orantes, templum quodvis, sive publicum sacellum inviserint, trecentos dies; quoties autem vel minoribus funeribus sacris in suffragium uniuscuiusque sodalis defuncti peragendis adsint, vel coemeteria visitent, ibique pro defunctis sodalibus orent, de numero poenaliu in forma Ecclesiae consueta septem annos totidemque quadragenas expungimus; sacerdotibus vero sodalibus nunc et in posterum existentibus largimur, ut quo die ad quodvis cuiusque ecclesiae sive sacelli altare Missam pro piandis defunctis sodalibus celebrent, eadem Missa illi animae pro qua celebrata fuerit perinde suffragetur ac si rite fuisset ad privilegiatum actare peracta. Denique fas sit ipsis sodalibus, plenariis his omnibus ac partialibus indulgentiis funtorum vita labes poenasque expiare, si malit. Praesentium autem indulgentiarum participes volumus societates omnes ipsius instituti ac nominis ubique terrarum exsistentes quae Neapolitano Archisodalitio rite in praesent aggregatae reperiantur, vel aggregentur in posterum. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non

concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibusquamque. Volumos autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Natarii publici subscriptis et personae in ecclesiastica dignitata constitutae sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub anuulo Piscatoris, die XV iulii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. CARD. MERRI DEL VAL.

a Secretis Status,

L. † S.

EPISTOLA PONTIFICIA

AD BERNARDUM MARTINEZ MODERATOREM CONGREGATIONIS VULGO «TALLERES DE CARIDAD DE SANTA RITA DE CASIA», DE CONGREGATIONE EADEM EXTENDENDA AD AMERICAЕ LATINAE REGIONES.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem.—Petisti a Nobis ut apostolicas Litteras «Multiplices» quibus diei VIII novembris MCMVII Congregationem vulgo *Talleres de Caridad de Santa Rita de Casia*, Matriti olim conditam, ad universas extendimus Hispaniae dioeceses, ad quascumque nunc proferamus Americae Latinae regiones, utque die XII maii, in omnibus ecclesiis et oratoriis in quibus Congregatio quam supranominavimus sit canonice erecta et a Consilio centrali Matritensi dependeat, liceat singulis annis papalem benedictionem sollemniter populo impertiri.


Precibus hisce libenter quidem annuimus. Probe enim scimus qua actuosa urgeantur caritate piaе mulieres quae in Congregatione eadem recensentur, et quo studio opera prosequantur sibi proposita. Quod dum laetamur in Domino tibi-que atque illis ex animo gratulamur, addimus spem Nos bo-

nam fovere fore ut, auctis adsimilibus institutis, latius pateat adsimilis caritas, fructusque multiplicentur illius beneficentiae qua nostra potissimum indiget aetas, quamque vos, Rita auspice benignoque afflatu Ecclesiae, tanta provehitis alacritate.

Auspex divinorum munerum benevolentiaeque Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, ac singulis Congregationis quam moderaris sociis peramanter, in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII novembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.



DECRETUM

NIVERNEN

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VEN. SERVAE DEI

SORORIS MARIAE BERNARDAE SOUBIROUS

E CONGREGATIONE SORORUM CHARITATIS

ET INSTITUTIONIS CHRISTIANAE «DE NEVERS»

BERNARDETTA SOUBIROUS, cuius nomen latet neminem, ortum duxit die 7 ianuarii 1844 in oppido *Lourdes*, Tarbiensis dioeceseos, ex honestis christianisque parentibus Francisco et Aloisia Casterot. Sive domi sive penes nutricem degens, tenui quamvis atque infirma valetudine laboraret; modestia tamen, obedientia et vitae integritate omnium amore sibi conciliasse fertur. Ineunte anno 1858, quum ad specum *Massabielli* prope ipsum oppidum *Lourdes* Deiparae Immaculatae ingeminatis apparitionibus et locutionibus se recreari et Ssmi. Rosarii mysteria edoceri significasset, atque ob eam causam frequens populus ad specum accederet, plura incommoda ac molestias perferre debuit tum a civili Magistratu tum ab ecclesiasticis superio-

ribus, qui ad veritatem eruendam circa apparitiones et locationes B. Mariae Virginis a puella relatas eam iterum iterumque exquisierunt, quin nec levis quidem mendacii vel contradictionis eam arguere potuerint. Inde aucta ita visitorum utriusque sexus frequentia, ut parochus Peyrama'e aequum esse duxerit puellam subducere visitantium curiositati. Itaque eodem anno 1858, cura parochi a sororibus *de Nevers* in Hospitium uti discipula et alumna excepta, sacram synaxim, die 3 iunii, cum pietate ac laetitia primum recepit; et religionis ac litterarum studio atque exercitio sedulo incumbens, aegris quoque opem ac solatium attulit. Volvente anno 1866, consilio et auctoritate Episcopi Nivernensis, specu *Massabielle* atque institutionis Hospitio, aeque dilectis, ut divinae vocationi obtemperaret, consulatis atque relictis, praedictarum sororum novitatum Nivernensem ingreditur die 7 mensis iulii. Suscepto habitu et tyrocinio peracto, die trigesima Octobris anno 1867 professionem emittit, sub nomine Sororis MARIAE BERNARDAE, atque, elapso decennio, die vigesima secunda septembris anno 1878 vota perpetua nuncupat. Regulae atque silentii custos, sicut ab illa, etsi aegrotans, relaxationem nunquam postulasse, ita ad colloquutorium ex obedientia tantum et per breve tempus accessisse perhibetur. Ssmae. Eucharistiae et Passionis dominicae mysteria mente revolvere atque Virginem Immaculatam filiali pietatis affectu prosequi in deliciis habebat. Tandem inter diuturnas infirmitates et suorum officiorum exercitium transiens, ex astmatico morbo, quo iam diu affligebatur, ad extrema deducta et ecclesiae sacramentis munita, Niverni, in domo sui Instituti, pie obiit, die 16 aprilis an. 1879, aetatis suae trigesimo quinto. Santimoniae fama quam dei Famula vivens sibi comparaverat, post obitum clarior et in dies aucta proximam aperuit viam Inquisitionibus Informativis, Ordinaria auctoritate, conficiendis. Quibus adornatis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis, servato iuris ordine, ad instantiam Rmi. P. Ludovici Copere, societatis Mariae, et huius Causae postulatoris, attentisque obsequentibus litteris postulatoriis quo-

rumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum. Sacrorum Antistitum, necnon Capitulorum, Ordinum, Congregationum ac perillustrium virorum, E nus. ac R nus. D nus. Cardinalis Dominicus Ferrata, loco et vice Emi. et Rni Dni Cardinalis Ioseph Calasactii Vives y Tuto eiusdem Causae Ponentis, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* et Emi. ac Rni. Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi. Proponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei promotore, omnibus diligenter perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem esse signandam si Sanctissimo placuerit*, die 5 augusti 1913.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum Sacrae Rituum Congregationis secretarium relatione, Sanctitas sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Sororis MARIAE BERNARDAE SOUBIROUS e societate sororum charitatis et institutionis christianae *de Nevers*, die 13, eisdem mense et anno.—FR. SEBASTIANUS CARD. MARTINELLI, S. R. C. Praefectus.—L. ✠ S.—† PETRUS LA FONTAINE, Ep. Charystien, Secretarius.



Suprema S. Congregatio S. Officii

(Sectio de Indulgentiis)

DECRETUM

De indulgentiis et privilegiis expositioni Ssmi
Sacramenti adnexis

Augetur in dies, auspiciatissimo fervore, fidelium desiderium publice expositum adorandi Ssmum Eucharistiae Sacramentum, eadem mente qua iam vetus, a XL, Horis nuncupatum, institutum almae Urbis ordinatur, et non dissimili apparatu Attamen plurimae solent ad Apostolicam Sedem supplicationes porrigi, ut a Clementinae, quam vocant, Instructionis, ad rem datae, nonnullis conditionibus dispensetur, pro rerum locorumque adiunctis praesertim vero ut nocturno tempore oratio et expositio ipsa interrumpatur, sive consuetis servatis indulgentiis ac privilegiis, sive novis peculiaribus attributis. Hisce maturi consideratis SS D. N. Pius div. prov. Pp. X. quamvis summopere exoptet ut res iugiter ad tramitem Clementinae Instructionis componatur, maiori tamen prospicere volens fidelium emolumento, et ampliori cupiens animarum in Purgatorio degentium providere suffragio. plurimorum inclinatus sacrorum Antistitum voto, de Emorum Patrum Cardinalium Generalium Inquisitorum consulto, feria V die 22 ianuarii 1914 ita decernere ac indulgere dignatus est:

I. Confirmantur indulgentiae, quae per s. m. Pium Pp. IX, die 26 novembris 1876, pro Urbanis XL, Horarum, vel ad earum tramitem ubilibet habendis, expositionibus determinatae sunt, ac privilegia altarium, per s. m. Pium Pp. VII, die 10 maii 1807, concessa.

II. Permittitur tamen ut ubi exercitium XL, Horarum, iudice Rmo. loci Ordinario, fieri nequeat prout ab Instructione Clementina exigitur, sit satis, ad effectum

indulgentiarum et privilegii obtinendum, primo die sanctissimum Sacramentum, quacumque hora matutina, vel circa meridiem, publicae venerationi in ostensorio exponere, et perdurante ipso die et per diem alterum eiusmodi expositione, die tertio, meridie aut de sero, Idem deponere, quamvis noctu expositio interrumpatur.

III. Si aliquibus precibus vel exercitiis, quae a memoratis differant, sive publice sive privatim in ecclesiis vel oratoriis quibuslibet peragendis, eadem adnexa sunt indulgentiae ac privilegia quae sub. n. I citantur, quomocumque concessa fue int, penitus abrogantur.

IV. Ubi continua habetur almi Sacramenti sollemnis item in ostensorio expositio, saltem per mensem, etiamsi de nocte interrupta, plenariam christifideles; confessi ac s. Synaxi refecti, et ad mentem Summi Pontificis pie orantes, indulgentiam assequi valeant, semel tantum in singulis hebdomadis; septem autem annorum et totidem quadragenarum, in alia quacumque, corde saltem contrito, peragenda visitatione. Celebrantibus vero sacrosantum Missae sacrificium in eadem ecclesia vel oratorio, privilegio altaris, in defuncti alicuius levamen, die quolibet gaudendi esto potestas.

V. Quotiescumque demum diverso modo provisum minime sit de aliqua indulgentia acquirenda, pro quavis alia venerabilis Eucharistiae palam expositae visitatione, tribuitur, quoties haec, corde saltem contrito, peragatur, indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum.

VI. Omnes praedictae indulgentiae, per modum suffragii, animabus in Purgatorio degentibus, ad cuiuslibet christifidelis arbitrium, applicari possunt.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione, Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. ✠ S.

P. Archiep. S. leucien., *Adesser S. O.*

S. Congregatio Rituum

I
DECRETUM

Approbationis libelli variationum in divino officio
recitando

Quum ex Motu proprio *Abhinc duos annos* sanctissimi Domini nostri Pii Papae X; diei 23 Octobris anni 1913 nuper elapsi, de divinis Officiis noviter ordinandis, cuilibet permittatur in divino Officio persolvendo Breviaria Romana, quae sunt in usu, adhibere, dummodo in peculiari libello habeat varianda quae omnino consonent Apostolicae Constitutioni *Divino Aflatu*, praefato *Motu proprio* atque decretis; sacra Rituum Congregatio, de ipsius sanctissimi Domini nostri mandato, eiusmodi libellum a peculiari Commissione liturgica concinendum curavit; atque opus absolutum distincte ac ordinate dispositum, revisione rite peracta, probari posse censuit.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, praesentem libellum cum variationibus praescriptis suprema sua auctoritate probavit, et ab iis qui recitare cupiunt Horas Canonicas cum Breviario Romano usuali, adhiberi benigne concessit ac decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ex Secretaria sacrorum Rituum Congregationis, hac die 14 Ianuarii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien, *Secretarius*.

II

DECRETUM

De festis localibus quae a religiosis recoli debeant

Rubricae in recitatione divini Officii et in Missarum celebratione servandae ad normam Bullae *Divino afflatu*, tit. IX, num. 2 et 4, perspicue docent quaenam Festa localia sub competente ritu ex lege generali Regulares, Kalendarium sive dioecesanum sive proprium habentes, celebrare teneantur. Quum tamen constet anctactis temporibus ex mero Indulto sanctae Sedis nonnulla Festa pro utroque Clero alicui regno, aut provinciae, aut dioecesi concessa fuisse, de quibus in memoratis Rubricis et titulo nulla mentio, inde suborta est quaestio de obligatione Regularium ad haec quoque Festa celebranda.

Sacra porro Rituum Congregatio hanc quaestionem dirimere volens, et insuper decernere quo Kalendario uti debeant sive Ordines Regulares, sive Religiosorum Congregationes aut instituta, itemque alianonnulla circa eandem rem opportune definire, audito suffragio Commissionis pro ordine psalteriali reformando constitutae, attentis tenore et mente Bullae *Divino Afflatu* et subsequen'tium Rubricarum et Decretorum, omnibusque accurate perpensis, sequentia statuere censuit:

I. Ordines Regulares proprium omnino habere debent Kalendarium, quod pariter adhibendum est a Monialibus et Sororibus eorundem Ordinum.

II. Congregationes seu Instituta utriusque sexus a S. Sede approbata, et sub regimine unius praesidis generalis constituta, si ad recitationem divine Officii teneantur, proprium pariter habeant Kalendarium.

III. Congregationes et Instituta, quae sive Ordinaria sive apostolica auctoritate sint approbata, non tamen comprehendantur paragrapho precedenti, uti debent Kalendario dioecesano prouti iacet, additis iuxta Rubricas, Officiis, quae ipsis peculiariter concessa sunt.

IV. Ordines, Congregationes et Instituta, proprio Calendario gaudentes, amodo celebrare tantummodo debent officia localia Dedicationis et Titularis ecclesiae cathedralis, nec non Festa solemniora Patronorum principalium, ita ut non amplius teneantur ad Officia alicui regno, provinciae aut dioecesi concessa; neque ad Officia localia quae adnexam habuerunt feriationem, nunc autem habent suppressam.

V. Quoad Festa localia, quae a Regularibus ut supra servanda sunt, ipsi uti debent Officio et Missa Clero saeculari concessis, nisi eadem Festa ad ipsis Regularibus iam habeantur cum Officio et Missa magis propriis.

VI. Si graves exstent rationes ad aliqua Festa localia praeter recensita, pro aliqua Religiosa familia conservanda sacrae Rituum Congregationis iudicio subiiciantur, ut praedicta Festa quatenus opus sit, in Calendario inseri possint.

Quas resolutiones sanctissimu Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatas, Sanctitas Sua ratas habuit, probavit atque praescripsit, contrariis quibuscumque Indultis revocatis, aliisque etiam speciali mentione dignis non obstantibus.

Die 28 Februarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

III

DECRETUM

Super insuetos cultus titulos pro Ecclesiis et sacris imaginibus non adhibendos

Nuper a Sacra Rituum Congregatione exquisitum fuit: An ecclesia dicari possit sacratissimo Cordi Iesu eucharistico eiusque tituli Imago seu Statua in altari maiori collocari? Et sacra eadem Congregatio respondendum censuit: Episcopus Ordinarius loci in casu substituat titulum liturgicum tam pro

ecclesia quam pro Imagine seu Statua cum respectivo festo die propria recolendo et Officio adprobato, ex. gr. Ssmi. Redemptoris, vel sacratissimi Cordis Iesu, aut Ssmi Corporis Christi, etc.: iuxta ipsius sacrae Congregationis responsa in similibus casibus: quae omnino consonant praescriptioni sa. me Pii Papae IX die 13 ianuarii 1875 et decreto S. Universalis Inquisitionis feriae IV 27 maii 1891: servatis de cetero quoad sacras imagines seu statuas decreto Tridentino sess. 25 *de veneratione* sanctorum et imaginum, et Constitutione fel. rec Urbani Papae VIII *Sacrosancta Tridentina*, 15 martii 1642 (Decr. S. R. C. n. 810).

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 28 martii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Chrystien, *Secretarius*.

Decreto S. U. I. feria IV 27 maii 1891 per litteras diei 30 eiusdem mensis et anni communicato sacrae Rituum Congregationi sancitum fuit: Nova emblemata sacratissimi Cordis Iesu in Eucharistia non esse ad Apostolica Sede approbanda. Ad fovendam fidelium pietatem satis esse imagines Ssmi. Cordis Iesu in Ecclesia iam usitatas et approbatas; quia cultum erga Ssmum. Cor Iesu in Eucharistia non est perfectior cultu erga ipsam Eucharistiam, neque alius a cultu erga Ssmum. Cor Iesu. Insuper ad memoriam et normam revocata fuit praescriptio sa. me. Pii Papae IX diei 13 ianuarii 1875, nempe: monendos esse fideles, etiam scriptores, qui ingenia sua acuunt super iis aliisque id genus argumentis quae novitatem sapiunt, ac sub pietatis specie insuetos cultus titulos, etiam per ephemerides, promovere student, ut ab eorum proposito desistant ac perpendant periculum quod subest pertrahendi fideles in errorem etiam circa fidei dogmata, et causam praebendi Religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietati.

Additiones et variationes in Martyrologio Romano

Ex Decreto 26 Nov 1913

Inter elogia Festorum mobilium, qua in titulo «Rubricae Martyrologii» inscribuntur, sequentes variationes inducendae sunt:

1 *Ante elogium Festum sanctissimi Nominis Jesu ponatur:*

Sabbato ante Dominicam, quae occurrere potest a die 2 ad 5 Januarii inclusive et, ea deficiente, die 1 Januarii.

2 *Ante elogium Solemnitas sancti Joseph, etc., ponatur:*

Feria tertia ante Dominicam tertiam post Pascha.

3 *Ante elogium Octava solemnitatis sancti Joseph, etc. ponatur:*

Feria tertia ante Dominicam quartam post Pascha.

4. *Feria IV post Octavam Pentecostes sequens inscribatur elogium:*

Festum sanctissimi Corporis Christi.

5. *Deinde ponatur:*

Feria quarta infra Octavam sanctissimi Corporis Christi. Octava sanctissimi Corporis Christi.

6 *Ante elogium Festum sacratissimi Cordis Jesu, ponatur:*

Feria quinta in Octava sanctissimi Corporis Christi

7. *Supprimantur singula elogia a Feria sexta post Dominicam tertiam Junii usque ad finem tituli.*

*
* * *

In titulo Lectiones Propiae de Tempore sequentes fiant variationes:

1. *Tertia Lectio sic inscribatur:*

In die Nativitatis Domini et per Octavam, Lectio.

2. *Quarta Lectio inscribatur:*

In Festo sancti Stephani Protomartyris et in die Octava Lectio.

3. *Quinta Lectio inscribatur:*

In Festo sancti Joannis Evangelistae et in die Octava Lectio.

4. *Sexta Lectio inscribatur:*

In Festo Sanctorum Innocentium et in die Octava, Lectio.

5. *Septima Lectio inscribatur:*

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini et in Vigilia Epiphaniae, Lectio.

6. *Octava Lectio supprimatur, et eius loco ponatur cum sua Rubrica Lectio de Festo sanctissimi Nominis Jesu quae nunc habetur tertio loco inter Lectiones proprias in Festis per annum.*

7. *Ultimae duae Lectiones sic respectibe inscribantur:*

In Festo sanctissimi Corporis Christi, et per Octavam, Lectio.

Dominica infra Octavam sanctissimi Corporis Christi, Lectio.

* * *

In titulo Lectiones propriae in Festis per annum sequentes fiant variationes.

1. *Tertia Lectio supprimatur:*

2. *Pro inscriptione In Commemoratione solenni sancti Joseph, Sponsi beatæ Mariae Virginis, Lectio ponatur:*

In Festo sancti Joseph, Sponsi beatæ Mariae Virginis, Lectio.

3. *Pro inscriptione In Festo sancti Laurentii et per Octavam, Lectio ponatur.*

In Festo sancti Laurentii et in die Octava, Lectio.

4. *Pro inscriptione In Solemnitate sanctissimi Rosarii beatæ Mariae Virginis, Lectio, ponatur:*

In Festo sanctissimi Rosarii beatæ Mariae Virginis, Lectio.

* * *

In corpore Martyrologii sequentes fiant variationes:

1. Die 19 Januarii—*Elogium sancti Canuti ponatur secundo loco, praemisso verbo Item.*

2. Die 19 Martii—*Primo loco ponatur:*

In Judaea natalis sancti Joseph, Sponsi beatæ Mariae Virginis, Confessoris.

3. Die 20 Martii—*In elogio S. Joachim ponatur:*

.... *cujus festum agitur decimoseptimo Kalendas Septembris.*

4. Die 23 Junii—*Primo loco ponatur:*

Vigilia sancti Joannis Baptistae.

5. Die 24 Junii—*In elogio S. Joannis Baptistae supprimantur verba: cujus Festum etc., usque ad finem.*

6. Die 1 Julii—*Primo loco ponatur*: Octava sancti Joannis Baptistae.

Secundo loco ponatur: Festum pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Jesu Christi.

7. Die 15 Augusti—*In elogio S Hyacinthi ultima verba sic adantur*:

... ejus autem Festum sextodécimo Kalendas Septembris celebratur.

8. Die 16 Augusti—*Primo loco ponatur*:

Sancti Joachim Patris beatissimae Virginis Genitricis Dei Mariae, cujus natalis dies refertur tertio decimo Kalendas Aprilis.

Deinde supprimatur elogium S Hyacinthi.

9. Die 17 Augusti—*Secundo loco ponatur*.

Sancti Hyacinthi Confessoris, Ordinis Praedicatorum, qui decimo octavo Kalendas Septembris obdormivit in Domino.

10. Die 23 Augusti—*Supprimatur Rubrica*: Romae et aliquibus in locis *etc*

11. Die 24 Augusti—*Supprimatur Rubrica* Romae et aliquibus in locis, *etc*, cum sequenti indicatione *Vigilie*.

12. Die 25 Augusti—*Supprimatur Rubrica*: Romae et aliquibus, *etc*.

13. Die 15 Septembris *Secundo loco ponatur*:

Festum septem Dolorum beatissimae Virginis Mariae.

14. Die 7 Octobris—*Primo loco ponatur*:

Festum sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virgines et commemoratio sanctae Mariae de Victoria, quam beatus Pius Quintus Pontifex Maximus, ob insignem victoriam a christianis bello navali, ejusdem Dei Genitricis auxilio, hac ipsa die de Turcis reportatam, quotannis fieri instituit.

Et supprimatur penultimum elogium, quod incipit: Eodem die, etc.

DECRETUM

Ssmus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationis Praefecto, additiones et variationes superius expositas et ad normam recentiorum Apostolicae Sedis decretorum redactas adprobare dignatus est atque in novis editionibus Martyro-

logii Romani suis locis inserendas suprema Sua auctoritate mandavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 Novembris 1913.—Fr. S. CARD. MARTINELLI. *Praefectus* — Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius*

Suscripciones abiertas en el Obispado de León

Para el Dinero de San Pedro

	Ptas.	Cts.
SUMA ANTERIOR.	1.769	70
El Párroco de Pedrun.	2	50
El Párroco de Villavelasco.	1	»
El Párroco de La Mata de Monteagudo	5	»
De la Testamentaria de D. Toribio Tejerina (q. e. p. d) de id.	5	»
D Tomás Chico, Ecónomo de Alvires.	1	»
TOTAL.	1.784	20

(Se continuará)

Para los Santos Lugares de Jerusalén

	PTAS.	CTS.
SUMA ANTERIOR.	945	20
De Grulleros.	5	»
De Portilla	12	»
De Quintana Raneros.	2	50
De Stas. Martas.	5	»
De La Vid.	5	»
De Pozuelo de la Orden.	2	»
De Calzada del Coto.	2	30
De Ferreras.	4	80
De Caminayo.	2	50

De la Sota.....	2	50
De Barrio de Ambasaguas.....	6	»
De Barrio de Ntra. Señora... ..	4	»
De Villacerán.....	2	»
De Sta María del Rio.....	2	»
De Mansilla de las Mulas.....	4	»
De Mantinos.....	2	50
	<hr/>	
TOTAL.....	1 009	20

(Se continuará)



SANTAS MISIONES

Las verificadas en Congosto de Valdavia bajo la dirección de los RR PP. Obeso e Izquierdo, S. J. no han podido tener resultado más consolador y halagüeño.

Los fieles todos de los pueblos de Congosto, Baños Cuerno, Villanueva de Abajo y Cornoncillo asistieron a todos los actos con puntualidad y fervoroso recogimiento. El cuarto día de la Misión tuvo lugar la Comunión general de los niños, acercándose a la sagrada Mesa 230, que después recorrieron las calles del pueblo en ordenada y edificante procesión, conmoviendo a los que la presenciaban cuando hicieron la renovación de las promesas del Bautismo, y con los ofrecimientos y plegarias que dirigieron al niño Jesús y a la Virgen Santísima. En los días sucesivos confesaron y comulgaron los adultos, ascendiendo el número de comuniones a 2 274.

Los PP. Misioneros y los sacerdotes encargados de dichos pueblos trabajaron con incansable celo para el mejor resultado de la Misión, que la gracia de Dios ha hecho tan provechosa. Él haga que el fruto aumente y perdure.

Por disposición de nuestro Ilmo. y Rdmo. Prelado durante el próximo mes de Noviembre darán Misiones en el Arciprestazgo de S. Miguel del Camino dos RR. PP. Paules de Paredes de Nava, en el de Mansilla de las Mulas dos RR. PP. Capuchinos de León y en el de Navatejera dos RR. PP. Jesuitas.

Necrología y Sufragios Mútuos

Núm 16

El día 2 del corriente después de larga y penosa enfermedad, sufrida con resignación cristiana, falleció piadosamente en el Señor el Pbro. D. Juan Tejerina Escanciano, Ecónomo de las Salas, habiendo recibido los Santos Sacramentos y la B. A. Perteneía a la Asociación de Sufragios Mutuos y tenía aplicadas las misas por lo que todos los socios celebrarán por él la de Reglamento.

El Ilmo. Sr. Obispo concede en la forma acostumbrada 50 días de Indulgencia a los que hiciesen sufragios por el alma de dicho señor.—R. I. P.

Asociación de **SUFRAGIOS MUTUOS** del Clero de la Diccesis

Han manifestado que desean pertenecer á la Asociación e ingresan en ella.

Núm. 1513=Rojo de Cabo D. Zacarías, con obligación de aplicar *diez Misas*.

Núm. 1514=Puebla Villegas D. Remigio, dentro del primer año de su ordenación.

León 12 de Octubre de 1914.—Lic. Felipe García Alvarez, Presbítero-Secretario.